IOHANNES FRANCISCUS DE PAVINIS (AKTEN ZUR HEILIGSPRECHUNG LEOPOLDS III.). THOMAS DE VALCELLIS

Melk, 1487-1489 Seite 35

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



iusticiam. et iniquitatem odiuit. reddens viduis et pu
pillis opem oportunam. et cunctis proximis debitam ca
ritatem. q ipse retributor eternus. eundem beatum leo
poldum leticie et sanctitatis oleo inunctum fore demon
strans. per ipsius merita q̄plurimos de grauissimis in
firmitatibus liberauit. aliisq̄ q̄maximis eum miraculis
decorauit in terris. quem sicuti pie creditur coronauit in
celis. prout de his patet ex litteris eiusdem Innocentij datis
auinione ij. kl̄as ianuarij pontificatus sui anno sexto. qui
erat annus dn̄i M cccc v. die xxx. decembris. ¶ Fridericus
diuina fauente clemencia romanoꝝ imperator semper
augustus. huius nominis tercius. Hungarie. dalmatie.
croatie ꝛc̄ rex. ac austrie stirie ꝛc̄ dux. apud sancte mēorie
dominum paulum secūdū successiuam fecit instanciam
ardenti cum desiderio ac deuotione. attendens q cōmissa
rijs supra memoratis prefato innocencio vita functo. gra
uiq̄ bello inter ducatum austrie ac regnum bohemie exor
to. tutus non patuerit accessus in austriam. ad tam pium
opus debite prosequendum. et ducatu austrie multorum
annoꝝ curriculis bello attrito. varijsq̄ calamitatibus pres
so. australes ipsi his malis et incomodis precipua se ratio
ne cōquassatos in animum induxerunt. q pij leopoldi
canonisationem hactenus negligencius egissent. malis
itaq̄ suis ac rebus aduersis mederi cupientes. eundem
fridericum crebris precibus pulsarunt. vt canonisationē
eiusdem pij leopoldi om̄i solicitudine prosequi deberet. vt
ex eius litteris datis anno domini M cccc lxvj. die prima mē
sis februarij. imperij sui q̄rtodecimo. regnoꝝ vero. romani vi
gesimosexto. hungarie vero septimo, Comoda em̄ subditoꝝ
sunt sua propria. cle. vnica. in fi. C. de cadu. tollen. Et est im
perator deus in terris. no. in. l. iubemus nullam. C. de sacrosc̄tis
ecclesijs. et post deum est cōmūis om̄ium pater. vt in auten.
neq̄ virum quod ex dote ꝛc̄. vbi no. in fi. ideo dixit Bal. in. c.
sicut de iureiurā. q eius potestas est absoluta in terris. sicut
potestas dei in celis. eciam quo ad effectum. de quo ibi. et li
cet imperium non sit ita immediate a deo sicut papatus.
vt no. in c. i. de transl. prela. quia papa in terris solus est
vicarius iesu cristi. Imperator tn̄ licet naturalia hominis